Ventriculi fibras débiles, paralyticè affectas, firmant; Phlegma viscosum incident: Crustam Villosum detergunt; Flatus discutunt; Vomitum sedant; Coctionem juvant: Et optimè inserviunt ubi Caput male patitur culpa Ventriculi nimis refrigerati & infirmi.

Pisa Fætitia.

R. Aëris virid. Cantharid. Tereb. Ven. à 3ij. Ceræ 3j. f. Pisa diversæ magnitudinis N° .6o.

Usui sunt quando Fontanellæ ulcus exarescit, parum humoris profundit, & ad sanationem tendit.

Placentæ Purgantes.

R. Amygd. dulc. exort. 3vj. Pul. Rad. Jalap. 3ijj. Ref. Jalap. 3fs. Sacc. 3x. Mucilag. Tragac. q. f. f. Placentæ pro vj. Dosibus addendo Ol. Cinnam. gut. iij.

Potio Alba.

R. Tereb. Ven. 3ijj. (vel 3fs.) Ol. Nuc. Mosc. gut. ij. Ol. Anisi gut. j. Disföl. in Vitello Ovi: tunc adde Vini albi 3ijj. Syr. Alth. 3j.m. & col.

Potio de Ammoniaco.

R. Gum. Ammon. 3ijj. Dissol. in Aq. Hyssopi 3ijs. Col. adde Elect. Lenit. 3fs. Syr. Ros. Sol. 3j. Sal. Prunel. 3ij. m.

In Potionibus, cum purgandi sunt Hypochondriaci, dissolvi benè potest Ammoniacum; cum verò Hystericae, Asta fricta.

Potio Colica.

R. Aq. Menth. 3j. Steph. Cinnam. à 3fs. Syr. Diacod. 3j. Vitel. Ov. N. fs. Ol. Junip. Spir. Sal. Armon. Spir. Lavend. comp. añ gut. x. Sal. Absint. gr. ij. m.

Potio Lenitiva..

R. Crem. Tart. Pul. 3ijj. Dissol. super prunas in Aq. Flor. Samb. 3ijj. adde Mannæ 3fs. Syr. Rosi sol. 3fs. Col. pro Dosi.

Gratum mitissimumque remedium est, ad Alvum emolliendam, & leniter exonerandam.

Potio Purgans Hydropica.

R. Rad. Jalap. 3fs. Zinz. gr. ij. Sal. Tart. gr. xij. Vini albi 3ijj. Syr. Ros. Sol. 3j. Syr. Domest. 3fs. m.

Quoad Purgationem Hydropicis instituendam, cl. Sydenham vult, primo, ea solum Cathartica esse usurpanda, quæ & fortiter & cele-

ri

riter operantur. Secundò , singulis diebus esse exhibenda ; nisi quòd (ob nimiam debilitatem corporis , sive propter Cathartici præcedentis operationem plus fatis violentam) dies unus aut alter nonnunquam intercalari possit. Tertiò , à Purgatione (nisi urgente necessitate) non esse abſtendum , aut ceſſandum , donec omnis aquarum moles omnino exantrata fuerit. Nescio an usui sit illud Ettmulleri dicentis , in Hydropticis coimodiūs institui Purgationes Lunā de- crescente ; crescente enim malum accrescit ; de- crescente verò decrescit : unde quo tempore habemus adjuvantem Naturam , Purgatio inſtruenda.

Potio Purgans Nepbritica.

R. Herb. Malvæ M. j. Semnæ 3ij. Sal. Tart. 9j.
Coq. in Aq. font. 1fs. Col. 3ij. diſtöl. Mannæ 3if.
Ol. Amygd. dule. 3fs. Ol. Junip. gut. x. m.

Potio Purgans Resinosa.

R. Resinæ Jalap. gr. xij. Vitel. Ovi N. j. Syr.
Ros. Sol. 3vj. Ol. Anili gut. j. Vini albi 3ij. m.

Addi potest Gum. Gamand. q. v.

Potio de Rhabarbaro.

R. Rhab. pulv. 9j. vel 3fs. Aq. Ment. Cinnam.
fort. a 3ifs. Ol. Nuc. Mosc. gut. ij. Syr. è Ros. fīec.
3vj. m.

Resolutas Intestinorum vires recreando ; lu-
bricitatem modicè corrigendo ; & materiam
acrem leniter subducendo, Alvi Proſluvio feli-
cissime medetur.

Potio Sancta.

R. Gum. Guajaci pulv. 9ifs. Diffolve in Vitel-
lo Ovi , & adde Aq. Cinnam. fort. 3fs. Aq. Fu-
mar. 3ifs. Syr. Ros. Sol. 3fs. m.

Eodem modo ex quibuslibet Resinis parari
posiunt Potiones. S 4 Con-

Contra Arthriticos , aliosque Vagos Dolores
specificè valere dicitur. Purgat fortiter, & cum
aliquali molestia , per Inferiora ; nonnunquam
etiam per Superiora.

Potio Vulneraria Arcæi.

R. Rhab. 3f.s. Rub. Tinctor. Mumiae ȝ ȝj. Ter-
ræ Sigill. ȳs. Aq. Scabiosæ , Buglos. Succi Grin-
nator. aij ȝj. m.

Potus Warwicensis.

R. Scammon. Sulphurati , Antimon. Diaph.
Crem. Tart. aij ȳs. Aq. Cichor. ȝijf.s. Aq. Cinnam.
fort. ȝij. Syr. Ros. Sol. ȝj. m. f. Potio albescens,
jucunda.

Antimonium Diaphoreticum (ut habet Zwel-
ferus) tractu temporis aëri expositum, pravam,
& quasi malignam, induit naturam ; sumptumque
intra corpus, Cordis angustias, Cardialgias, Lei-
pothymias, Vomitus, & similia prava Sympto-
mata procreat. Quæ facilè tamen evitabimus, si
vel singulis, duobus , vel tribus mensibus , re-
center illud conficiamus ; vel jam paratum ve-
tustum , additâ portiunculâ Nitri (aut etiam
absque illo) per unam vel alteram horam, Vul-
cano tradamus , penitusque igniemus ; iterum-
que (si Nitrum additum fuerit) edulcoremus ,
& parùm reverberemus.

Certum est (inquit Hofman) Antimonium
Diaphoreticum, aliis sociatum Purgantibus, mi-
norem illorum dosin majori compensare virtute,
absque ullis Ventris tormentibus. v. g. Si Rad.
Gialap. ȳs. adjungas gr. iij. vel iv. Antimonii Dia-
phoretici, energia Dofin æquabit ȝj
Radicis Gialappæ.

Adeò invisa (inquit Reidlin Obs. 91.) non-
nullis fuere Medicamenta Antimonialia, ut Ro-
mae Pulveris Cornachini usum sub pena dam-
na-

rationis ad Triremes prohibitum fuisse Hier. Welschius memoret. Atque tam variae & incertae operationis est Antimonium diaphoreticum, ut semiscrupulus ejusdem Mulieri exhibitus supra viginti sedes, & aliquot Vomitiones concitaverit: Juveni vero eadem Dosis nil praeter sudorem moverit.

Hæc Potio Viribus haud multum discrepat à Pulvere Warwicensi: inter cætera vero, Februm Tertianarum raro fallax remedium est, si detur duas horas ante Paroxysmum: aliquando Vomitionem ciet.

Potus Vinofri Refrigerantis fibij.

R. Vin. Rhen. (vel Alb. Gall.) fibs. Aq. front. fib. Spir. Vini Gal. Rob. Ribium añ ȝij. Succ. Lemon. recens express. ȝij. Syr. è Rub. Idæo ȝiv. m. Col.

Solamini est febricitantibus æstu & siti torrefactis.

Ptisana.

R. Rad. Gram. ȝij. Glycyrrh. Raf. c. c. Ebor. añ ȝij. Paful. Sol. ȝiss. Coq. in Aq. Hord. depur. fibv. ad fibj. Col. dissol. Sal. Nitri ȝiv. Syr. Viol. ȝj. m.

Febricitantium potus est satis jucundus, sitim tollens, fervores mitigans, Pulmones demulcens, & Urinam movens.

Pulv. contra Abortum ȝvj.

R. Granor. Chermes ȝj. Sant. rub. Rad. Torment. añ ȝss. Garyoph. Margar. Coral. rub. añ ȝj. Manus Christi perl. ȝij. Fol. Aur. N°. iij. m. f. Pulv.

Pulvis Acidus.

R. Tart. Vitriolati ȝij. Crem. Tart. ȝss. Ol. Garyoph. gut. vj. Sacch. Ros. ȝij. m. f. Pulv. pro vj Dosis.

Hu

Hujusmodi Pulveres plurimi habentur apud nuperum quendam, qui omnes ferè morbos Acidis expugnabiles esse credere videtur.

Pulv. Alexipharmaci 3j.

R. Lap. de Goa, Lap. Contray. Pul. ē Chel. Cancr. comp. Rad. Serp. Virg. añ gr. v. m. f. Pulv.

Malignis Pestilentibusque Febris aduersatur: Spiritus erigit; & Sudorem ciet. Nolle ut huic nobili Pharmaco vitio vertatur, quod ex tam numeroſa rerum suppellecile sit confitatum. Alexipharmaci enim vis non in hoc ſolum conſiſtit, quod fit ob occultam quandam qualitatem Veneni antidotus, & tota (ut ajunt) ſubſtantia ei adverſarium; fed potiſſimum quod Fermentationem in corpore de novo excitat; inde Spiritus, ferè perempti, & ſubſidentes, denuo fuſcitantur; & Sanguis in debita mixtione fervatur à coagulatione & putredine vindicatur, Materiaque deleteriam expellit. Ad hujusmodi verò Fermentationem inducendam neceſſariò expertuntur particulae heterogenae ſanguini non miſcibiles; & quo major eſt numerus ingredientium, eo major identidem erit heterogeneitas, & conſequenter fermentatio. Ideoque praefantiffima Alexipharmacæ (uti Theriaca, &c.) ex ingenti rerum, mirè diſcrepantium, farragine comparantur.

Pulv. Ambrae Comp. 3ij.

R. Pul. ē Chel. Cancr. comp. Spec. Diamb. à 3j. Ol. Cinnam. gut. j. m. f. Pul. pro ij. Dofibus. Ad Cordis Tremorem, Syncopen.

Pulv. Angelicæ Comp. 3fs.

R. Rad. Angel. Hispan. gr. v. Ter. Japon. gr. xv. Spec. de Hyacint. 3fs. Ol. Cinnam. gut. j. m. f. Pulv.

Vires recreat; materiam ad extra pellit: In- te-

testina confortat ; Diarrhoeam symptomaticam ,
Variolis Febribusve malignis supervenientem ,
egregie reprimit.

Pulv. Anisi Comp. 3fs.

R. Sem. Anisi Foenic. dulc. a 5j. Cinnam. Nuc.
Mosch. Garyoph. Croci a 3fs. f. Pul. pro iv. vel vj.
Dosibus.

Pulv. Anthelminticus.

R. Corallinae præp. 3j. Ol. Æthiop. miner. (fīne
igne parati) 3fs. Ol. Absint. gut. iiiij. m. f. Pulv.

Omnes Pulveres ex Mercurio, vel Antimo-
nio, cōfēcti nunquam in liquoribus exhibendi
sunt; partim quoniam ad fundum propriā gravi-
tate decidunt : partim etiam quoniam facillimē
plicis Ventriculi, vel in Gutturē, hærere fo-
lent, undē noxiæ sēpē Salivationes, vel conti-
nui Vomendi conatus, vel dejectio alvi; oriun-
tur. At sub forma solida reclusi faciliter deglu-
tiuntur, & postea (mediante Ventriculi fermen-
to) imminuuntur; Undē Operationes ipsorum
noxiæ præcaventur. Col. lect. Leyd.

Infantibus dentur gr. xv. manē & vesperi, pér
tres dies ante Novilunium, & Plenilunium, ad
Vermes ē latibulis suis deturbandos, & enecan-
dos; & postea Pulv. seq. Purg. ad illos, eorum-
que sēmen, ē corpore penitus exterminandos.

Pulv. Anthelminticus Purgans.

R. Scammon, præp. gr. vj. Rhab. gr. iv. Calo-
mel. gr. v. m. f. Pul. pro puerō 6. vel. 8. annos nato.

Pulv. Arabicus.

R. Gum. Arab. Sacch. candi albi aū 3fs. Ol.
Amygd. dulc. gut. xvij. f. Pulv. pro viij. Dosibus.
Vide Decoct. Malvæ, & Emulſ. Arab.

Pulv. Aromatici 3fs.

R. Cinnam. Mac. Nuc. Mosc. Garyoph. Zin-
zib.

zib. à gr. viij. Sem. Anisi, Carui, Foenic. dulc. Coriand. Bac. Lauri añ gr. xvij. Sacch. alb. 3ij. f. Pul. pro viij. Dosibus.

Quoad vires, coïncidit cum Pul. Peptico, quem vide.

Pulv. Arthriticus.

R. Herb. Chamæpit. Abrotani añ ðss. Gum. Guajaci. Sacch. albì añ ðj. Ol. Saffaph. gut. j. m.

Detur manè, & quartâ pomerid. cum Decocto Sancto, si patiens sit temperamenti frigidioris; vel Decocto Sarsæ, si calidioris; per totum mensem Martium, & Septembrem; ad præcavendam Arthritidem.

Pulv. Astringens.

R. Flor. Balaust. ðss. Cinnam. Nuc. Mosc. à gr. iv. Coccinel. gr. ij. Sacch. Ros. ðj. m. f. Pulv. Ad Diarrheam fistendam. Sed vide Julap. Astring.

Pulv. Aurantiorum Comp.

R. Flaved. Cort. Aurant. Sem. Cymini à gr. xij. Castor. gr. v. Pip. longi gr. j. Ol. Junip. gut. j. m. f. Pulv.

Ventriculum & Intestina confortat; Pituitam corrigit; Flatus discutit; Spasimum solvit; & Colicæ (post Purgantia, ubi ex usu sunt, præmissa) feliciter medetur. Sumatur ter in die; superbaturque haustus Decoct. Febrifugi Amari.

Pulv. Balsamicus.

R. Bals. Tolut. ðss. Benzo. Myrrh. à gr. v. Bals. Peruv. gut. j. Sacch. candi albì ðj. m. f. Pul.

Cum fructu præscribitur ad Phthisin dispositis, ubi datur in Pulmonibus impacta materia cruda, & putredinalis, cum Anhelitus foetore, Orthopneia; Tussi secca; Thoracis Laterisve dolore; Marcore, & virium Languore. Propinari optimè potest manè quotidie cum haustu Lactis Afinini.

Pulv.

Pulv. Bezoardici nostri Æiv.

R. Pul. è Chel. Cancr. Comp. Lap. de Goa,
Lap. Contray. Bezoar. Oriental. à Æj. Fol. Auri ss.
m. f. Pulv.

Pulv. Capillaris 3ij.

R. Rad. Irid. Florent. 3j. Rad. Paeon. mar. 3ss.
Angel. Hisp. 3ij. Lig. Sant. citr. Nuc. Mosc. Mac.
Garyoph. à 3ss. Styr. liqu. Bals. Peruv. à gut. iv.
Ol. Rorism. Lavend. à gut. ij. m. f. Pul.

Suavissimum spirat odorem; & Cucuphae
(quam vide) vires æmulatur; (de Catarro v-
rò consulatur Linim. Cephal.) Singulis noctibus
inter capillos copiosè infispergatur; & post 24.
horas pectine denuò eximatur.

Pulv. Cardialgici 3j.

R. Cretæ albæ (Aq. Ros. lotæ.) 3ss. Ocul.
Canc. Glycyrrh. Sacch. alb. à Æiv. Ol. Nuc. Mosc.
Garyoph. à gut. ij. f. Pulv. pro viij. Dofibus.

Pulv. Carminativi 3ij.

R. Sem. Anisi, Fenic. dulc. à gr. xxvj. Nuc.
Mosc. Cinnam. à gr. xvij. Pip. longi, Garyoph.
à gr. vi. Mastic. Æj. f. Pulv. pro vi. Dofibus.

Iisdem usibus infervit ac Pul. Pepticus.

Pulv. ad Cafum.

R. Tegul. Hibern. Mumiae à gr. xij. Sal. Suc-
cini, Sal. c.c. à gr. iii. m. f. Pulv.

Zwelfer verò abhorret à vulgari Mumia, dum
ait, quod Mumia, quæ ad nos hodiernā die
transportatur, Cadavera sc. nigricantia linteo in-
voluta; sæpiissimè feedissimâ morte defuncta, nil
minus sunt quam vera Mumila Ægyptorum;
quæ ipsa etiam tantum abest ut utiliter in cor-
pus humanum assimi, quin magis plurimum ob-
esse, possint.

Vide Decoctum Traumat. & Mist. de Sperm.
Ceti, quibus quoad vires affinis est, nisi quod Spi-
ritus magis reficit, & Syncope subvenit. R.

Pulv. Catharticus.

R. Ref. Jalap. Scammon. præp. à gr. v. Sennæ, Crem. Tart. añ 3fs. Ol. Garyoph. gut. j. m. f. Pulv.

Haud multum differt à Pulvere Diafennæ; sed contractior est, & me judice, præstantior.

Pulv. Catholicci 3j.

R. Sennæ 3ij. Rhab. Jalap. Turpet. Diagryd. añ 3j. Garyoph. Mac. Cinnam. Zinzib. añ 3fs.

Dof. à 3ij. ad 3iv.

Pulv. Cephalicus.

R. Pul. de Gutteta, Cinnab. nativ. præp. añ 3fs. m. f. Pul.

Pulvis hic est specificus in Morbis Convulsivis, Vertigine, Gravedine Capitis, & Cephalgia.

Experientia compertum est Dolores Capitis pertinacissimos, & ferè ad Maniam accedentes (irritis aliis Remediis) soli Pulveri de Gutteta ad 3j. exhibito cum Brodio è floribus Primulæ Veris, Decocto Betonicæ, aut Infusione Theæ celiſſe.

Satis nota & memorabilis est historia de Puelia quadam apud nos, quæ cum Melitæum Canem scabiosum, rabidumque, in lectum sibi admisiſſet, ejusque Salivâ venenosâ, Effluviisque insanis contaminatâ, Motibus Convulsivis correpta fuifet, Hydrophobiâ laboravit, & nocte dieque, instar Canis, involuntariè latravit; plures Medicos consuluit; ac tandem (inter alia Remedias) hunc Pulverem cum emolumento sumplit; & posteà pristinam integrumque Sanitatem recuperavit. Hæc Communicator.

Pulv. Chalybeati. 3x.

R. Rubig. Martis 3vij. Sal. Chalyb. Croci, Zinz.

Zinz. à Dj. Sem. Anisi Djv. Mac. Djv. Sacch. albi Djx.
m.f. Pulv. pro xx. Dofibus.

Ad Cachexiam, Chlorofin, Obstructiones,
Icterum, Hydropem, & quotiescumque id ge-
nus Morbos, qui à Sanguinis cruditate & pau-
perie prosapiam ducunt, Chalibeata sunt instar
omnium : eorum enim est, novâ fermentatione
accensâ, adeò Massam sanguineam agitare, con-
quassare, commiscere, deputare, exaltare, ut
quaæ (globorum rubrorum ob penuriam) ferè
pallebat, sensim fiat coqcinea, rutilans, spiri-
tuosa, & spumans. Insuper quaæ (ob fémico-
Etam pituitam ubique obstrunctiones figentem)
inaequaliter, hic raptim, illic ægrè circulabat
jam liberè, & vividè, per vel minimos usque-
quaque canaliculos fluens resluensque, omnibus
corporis particulis nutrimentum, calorem, &
vitam benignè impertiat. At verò ea si sit Sanguini-
nis conditio, ut juvenilis istius fermentationis
omnino fit incapax, ob principia scilicet invete-
rata, fibras attritas, tonum laxatum, meatus col-
lapsos, & Machinæ corporeæ statum senescentem,
& ruinosum; frustrè tunc à Remedio (li-
cet generoso, & præpotenti) multum adjumen-
ti expectandum. Idem quippè opus effét, ac si
quis Acetum vappidum in Vinum dulce, aut Ro-
sam emarcidam in florentem reducere conaretur.
Atque quoad me, ingenuè profiteor, quod pra-
xeos mæ seriem attente retrospiciens, raro, aut
nunquam, insignem aliquam commoditatem ex
Chalybeatorum usu Senio confectis uspiam ob-
tigisse memini.

1. *Pulv. Colicus.*

R. Rad. Zedoar. 3vj. Balf. Peruv. gut. xij. f. Pul.
pro xij. Dofibus.

2. *Pulv.*

2. Pulv. Colicus.

R. Sperm. Ceti loti, Sacch. albi 3ss. Pul. Castor. gr. iij. m.f. Pulv. j. Dofis.

Pulv. Consolidae Comp.

R. Rad. Consolidae maj. flore rubro, Muris in cibano siccati, Ungulæ Porcinæ, Priapi Cervini à q.s.f. Pulv.

Ad Mictionem in lecto percurandam dicitur expertum & infallibile secretum. Detur. Ðj. vel 3ss. in haustulo Vini albi manè & vesperi per 3. vel 4. dies juxta Novilunium & Plenilunium; atque insuper Lumborum Peccinis regioni applicetur Emplastrum corroborans.

Urinæ Incontinentia in Senibus ut plurimum est immedicabilis; in Pueris vero subinde sponte suâ, ætatis progressu, curatur: Sed necesse est ut fiat intra 25. annum: Nam ubi tunc non cessat, periculum est, ne immedicabile malum evadat.

Pulv. Contrayervæ Comp. Ðvij.

R. Lap. Contray. Ðiv. Rad. Contray. Ðij. Bezo. Orient. gr. xxiv. Croci gr. xvij. m.f. Pulv. pro viij. Dofibus.

Pulv. dentalgicus.

R. Nicot. Ðj. Zinz. Flor. Sulph. an Ðss. f. Pulv.

Parum hujus in narem dolori oppositam Patientis attrahat; & protinus super lectum se coniiciat; tetrâ enim acredine illum primò percellet, ut Cerebrum quasi istu penetrare, & concutere illi videbitur: vix sternutationem tamen excitat, sed ingentem feri quantitatem extrahet: mox stuporem leviculum inducit; & Dentium Dolorem profligare raro falter.

Pulv. Dentrificius Schroderi.

R. Pul. Laterum 3ss. Humectetur per vices Olei

Olei Tartari pari quantitate; fiat Paſta; cui adde Tartari albi 3ij. Panis ad nigredinem uſti 3ij. m. f. Pulv. quo dentes nigrore aut virore infecti confricentur, & vino calenti abluantur.

Nunquam fanae Gingivæ, & quæ cuspidali figuræ ad Dentis medium affurgunt, huncque ſirmo amplexu retinent, Dentalem lapidem generare folent: fed laxæ: flaccidæ, cruentæ, minifque aptæ Dentibus adhaerentes; adeoque externis injuriis ad ſentilem Dentis partem adiutum permittentes; nec commodum nutrimentum ſuppeditantes, sed prorsus laudabile pervertentes, hoc malum inducunt.

Pulv. Diaphoretici 9j.

R. Rad. Serp. Virg. Contray. Angel. Hiſpan. an gr. v. Myrrh. gr. iij. Croci gr. ij. m. f. Pulv.

Pulv. Diaphoruris 3vj.

R. Flor. Sulph. Tart. alb. Benzo. à 3j. Sem. Anifi. Rad. Ircos Florent. Glycyrrh. à 3ſ. Enulae, Croci à gr. xv. Sacch. candi albi 3ij. m. f. Pulv. pro ix. Dofibus.

1. Pulv. Diuretici 3ſs.

R. Lap. Prunel. 3j. Test. Ovor. calcin. 9ij. Sal. Succini 9j. Sacch. albi 3ij. m. f. Pulv. cuius Dofis 3ſs. vel 9ij. Vide Julap. Diuret. Nitrolum.

2. Pulv. Diuretici 3ij.

R. Sem. Anifi 3ſs. Sal. Succini 3ſs. Ol. Nuc. Mosch. gut. iij. m. f. Pul. pro iij. Dofibus.

Optimus Salem Succini tum conſervandi tum exhibendi modus eſt, ut cum Salis Nitri duplo miſceatur, inquit Willis.

Pulv. Edulcorans.

R. Ter. Lemn. 9j. Coral. rub. Ocul. Cancer. Test. Ovor. Test. Oſtrear. à gr. v. m. f. Pulv.

Ubicumque datur Acidum in Ventriculo, & Intestinis, hujusmodi Absorbentia, & Concentranta, locum habent: Utrum verò illud unquam deprehendatur extra primas vias, necne, nondum satis compertum habeo. Observabile quidem est Juscula carnea, si diu sint (ad corruptionem) asservata, acescere; exindeque probabile forsitan ducatur argumentum, succos in corporis recessibus occlusos & corruptos aciditatem contrahere. Hoc verò si concesserim, nullatenus tamen sequitur, Edulcorantia Terrea tales succos tam longè diffitos corrigendo paria esse; quippe quorum vis omnino in primis viis absumi solet: adeoque in sanguinis massam, & corporis habitum pervenire nequit. Si Experienciam consulamus, certissimum est, Infantes Acidio nocivo in Visceribus abundare solere; magnamque partem morborum eos affligentium ab hoc fonte esse deducendam; eorumque Curationem consequenter à Testaceis & Cretaceis, omnino esse petendam; atque tam peculiaria huic ætati haecce esse medicamenta, ut raro Pueris consulto, & sufficienti quantitate exhibitā novirim, quin laudabilis exinde effectus sequeretur. Econtra verò aquæ raro Adultis utiliter data memini Ratum ergo habeo, Testacea Pueris, & primis viis; minimè autem Adultis, Sanguini & Succis appropriata esse remedia.

Pulv. Emmenagogus.

R. Borac. Ven. gr. xv. Myrrhae gr. xij. Croci gr. iij. Ol. Garyoph. gut. j. m. f. Pulv.

Iisdem pollet viribus ac Decoctum Emmenagogum; & cum eo feliciter exhibetur.

Pulv. Epidemii 3ij.

R. Troch. Viper. 3j. Rad. Serp. Virg. Contray. 5f. m. f. Pulv. Va-

Valet non tantum ad Febres malignas reprehendendas; sed etiam ante Paroxysimum exhibitus ad Intermittentes profligandas.

Dos. à 3j. ad 9ij.

Pulv. Euphragii Comp.

R. Euphrag. 3ij. Mac. 3j. m. f. Pulv. subtilis, de quo cochlear medium ante cibum deglutitur.

Magis compositus fit hoc modo: R. Euphrag. 3fs. Sem. Foenic. dulc. 3ij. Mac. Nuc. Mosch. à 3j. Sacch. 3j. m. f. Pulv.

Vidi homines, & decrepitos, ferè ad cæcum perductos, hoc Pulvere integræ Vitioni restitutos, inquit Montagnana. Sed præter Visus debilitatem, eximiè valet etiam ad Capitis Dolorem, si quotidiè sub ingressum in lectum afflatur cum haustulo Vini albi.

Caput enim medicamenta inbibit maximè Somni tempore; quia tunc Cerebri pori & meatūs à Spirituum excursibus immunes & vacui, siccis & Sanguine allatis liberum præbent aditum.

Pulv. Febrisfugi 3fs.

R. Sal. Absint. 3fs. Antimon. Diaphor. 3j. Flor. Chamæm. 3ijfs. m. f. Pulv. pro viij. Dosibus.

Pulv. Filipendula Comp. 3fs.

R. Rad. Filipend. Sem. Anisi à 3j. Test. Ovor. 3ij. f. omnium Pulv.

Pulv. Gravidarum.

R. Croc. Mart. alfring. 3fs. Spicae Nardi, Specie Hyacint. à gr. v. m. f. Pulv.

Ad Uteri Laxitatem corrigendam; Sanguinis Profluvium prohibendum, & Abortum consequenter præcavendum, optimè inservit. Detur mane & vesperi, cum haustu Vini rubri Lisbonensis.

Pulvis de Gutteta.

R. Rad. Paeon. Sem. ejusdem, Dictam. Albi,
Visci Querc. 3fs. Sem. Atriplic. 3ij. Cran. Hum.
3ij. Coral. rub. præp. Hyacint. præp. 3fs. Un-
gul. Alcis præp. 3fs. Mosch. 3j. Fol. Auri 3j. m. f.
Pulv.

Pulv. de Gutteta Majernii.

R. Rad. Paeon. Mar. Sem. ejusdem, Succini al-
bi præp. Crystalli rupis præp. CC. vitriolati 3ij.
Cran. Hum. vitriolati, & crudi 3fs. Cal. aro-
mat. Visci quer. Raf. ligni Buxi 3ijfs. Coralliae
rub. Corallinae, Rad. Valerianæ Sylv. Spongiæ
Bedeguar 3ij. Nuc. Mosch. Fl. Lavend. 3j.
Secundinæ Mulier. 3j. 3vj. & 3j. Ambrae grif. pro
quaque uncia 3j. Fol. Auri & Argenti minutim
concif. N°. xxiv. m. f. pulv. Dos. à 3j. ad 3ij.

Pulv. Hemoptoici 3fs.

R. Sem. Hyoscy. Papav. albi à 3ij. Ter. Sigil.
Lap. Haematin. à 3j. Sacch. Rof. 3vj. m. f. Pulv.

Vires habet cum Electuario Boyleano com-
munes; & exhiberi potest commodissime ad 3j.
cum Lacte Asinino bis in die.

Pulv. contra Hemorrhagiam 3j.

R. Croci Mart. astring. 3fs. Sang. Drac. gr. v.
Alum. gr. iii. Sacch. Saturni gr. ii. m. f. Pulv.

Pulv. Halosanthini 3ij.

R. Sacch. alb. crystallini Sperm. Ceti à 3ij.
Ocul. Cancr. 3fs. Sal. Volat. C. C. gr. vi. Sal. Suc-
cini gr. iv. Laud. Lond. gr. iiij. m. f. Pulv. f. a. pro
2. Dosibus.

Pro Contusis; & Puerperis.

Pulv. ad Herniam.

R. Rad. Sigil. Salom. Rad. Symp. maj. Sem.
Anisi à 3j. m. f. Pulv.

Effectum edit, quatenus Flatus discutit, Tormina sedat, & partes consolidat. Infans capiat gr. xv. ter in die. Eximiè valet etiam adversus tum Dolorem, tum Fluxum Hæmorrhoidalem. Adulti capiant 3f.s. ex haustu Decocti Millefol. aut Stypt. nost.

Pulv. Hibernicus.

R. Tegul. Hiberni. gr. xv. Sal. Succini gr. iiiij. Sal. volat. C. C. gr. iiij. Ol. Nuc. Mosc. gut. j. m. f. Pulv.

Adversus Pleuritidem Rheumatismum, Confusionem, & quoſcunque Affectus, ubi Serum Sanguinis in gelatinam concreſcit.

Pulv. Hyſterici 3f.s.

R. Rad. Bryon. alba 3j. Rad. Pæoniae flor. albicanti 3ij. Caltorei 3ij. Sal. Succini 3j. Ol. Succini gut. iv. m. f. Pulv.

Non tantum Spiritus irritat, & flagellat (quod suprà dicitur de Julapio Hysterico) sed & insuper eos à copula heterogenea extricat, & depurat; Cerebrum ipsum firmat; totamque Syntaxis Nervosam roborat: atque ideo itiusmodi Hysterici, quibus Cerebrum præcipue affici videtur, & morbus in Epilepsiam tendere minatur, summo solet esse emolumento, Dof. 3f.s.

Pulv. Incrastans.

R. Rad. Alth. Gum. Arab. Sang. Drac. Glycyrrh. a gr. v. m. f. Pulv.

Consulatur Decoctum Incrastans.

Pulv. Laccæ Comp. 3vj.

R. Croci Mart. astring. 3iiij. Gum. Laccæ 3ij. Sang. Drac. 3j. m. f. Pulv.

Infigni Stypticitate gaudet; & propterea contra quoſcunque Hæmorrhagias internas præscribitur: speciatim vero ob notabilem vim fisten-

P. U
294
di Urinam sanguineam, miris elogiis celebratur.
Dof. 3f.s.

Pulv. Laxans.

R. Sennæ, & Crem. Tart. à q.v.m.f.Pulv.

Pharmacum est benignissimum, alvum leniter
& sine molestia subducens Cremor Tartari enim
optimum est Sennæ Correctorium. Dof. à 3f.s. ad
3ij. vesperi.

Pulv. Majoranæ Comp. gr. xv.

R. Herb. Majorana, Flor. Stæchad. à gr. v.
Nuc. Mosc. gr. iij. Sem. Sinap. gr. ii. Ol. Saliaph.
gut. j.m.f.Pulv.

Cerebri Nervorumque meatus, laxè subsidentes, aperit; & Pituitā obstructos referat: Spiritus faburrā onustos depurat, & torpidè stagantes exsuscitat. Ideoque ad Affectus Soporofos, & Paralyticos, exoptatissimum est remedium, vesperi & manè exhibendum.

Pulv. de Mastiche Comp.. 3ij.

R. Mastich. Olib. Ter. Japon. Flor. Sulph. à gr.
v. Sacch. candi albi 3j. m. f.Pulv.

Egregii usus est in Catarrho; & vires Elect.
Mastich. æmulatur. Detur horā 4. pomerid. &
horā decubitus, cum haufstu Decocti Cynoglosi
vel Sancti.

Pulv. Millepedum Comp. 3j.

R. Millep. præp. gr. xij. Croci, gr. iii. Flor.
Benz. Salis Succini à gr. ij. Zinzib. gr. j. Ol. Ani-
si gut. j.m.f.Pulv.

Præscriptum novi ad Asthma, sed inutiliter;
forsitan quia bulliens Sanguis & fervidi Pulmo-
nes frigidiora poscebant. Attamen verò in Or-
thopneea à frigida tenacique colluvie (Bron-
chia opplente) orta, efficax omnino est, & op-
tatisimum remedium: Potentissime epim Pitui-
tam

tam incidit, dimovet, expectorat. De his vero
consul. Decoēt. & Elect. Expector.

Pulv. Montagnanæ.

R. Membranæ internæ Stomachi Galli 3ss.
Erinac. combusti 3vj. Herb. Agrimon. 3ij. m. f.
Pulv.

Ad Urinæ incontinentiam in lecto detur 3j.
cum Vini haustulo.

Pulv. Myrrhæ Comp. 3j.

R. Myrrhæ, Sabinæ. Gran. Parad. à gr. v. Cro-
ci gr. iiij. Caſtor. gr. ij. Ol. Succini gut. j. m. f. Pulv.
Est instar Pil. Puerperarum, quas vide.

Pulv. Nephriticus.

R. Rad. Apii, Saxifrag. à 3ij. Ocul. Cancr.
præp. 3j. Tart. Vitriolati, Lap. Prunel. à 3ij. Crem.
Tart. 3iv. Ol. Junip. gut. iv. m. f. Pulv.

Urinam ciet; Calculum pellit; Menses mo-
vet &c. Dosis à 3j. ad 3j. in Dec. Rad. Altheæ.

Pulv. Nitroſi 3vj.

R. Lap. Prunel. 3is. Cinnab. Antimon. 3is.
Sacch. albi 3is. m. f. Pulv.

In Febribus præscribitur, ad fervorem & fi-
tim temperandum; Urinamque ciendam. Dosi. 3j.
ex vehiculo grato.

Pulv. de Nuce Moschata Comp. 3is.

R. Nuc. Mosch. 3is. Cinnam 3ij. Mac. Ga-
ryoph. Herb. Major. Betonicæ, Rorifmar. Flor.
Lavend. à 3j. f. omn. Pulv.

Stomachum roborat; Pepsin juvat; Cerebrum
confortat; & egregii usū est ubi cunque Caput
sympateticè malè patitur à Ventriculo. Suma-
tur 3j. post pastus; & vesperi immediatè ante
somnum.

Pulv. Ocul. Cancer. Comp. 3ij.

R. Ocul. Cancer. subtil. lævigat. 3j. Crem. Tart. 3fs. Sal. Absinth. Sal. Prunel. à gr. xij. Sal. Succini gr. vj. m. f. Pulv. in vj. Doses dividendus, bis ter- ve in die exhibendas.

Sanguinis & Viscerum fermenta ferē desperdi- ta restituit; Cruoris liquorem fundit; materiae Fébrilis secretionem promovet; & velut præci- pitando, versus Emunctoria deturbat.

Pulv. Odoriferi 3ifs.

R. Ligni Rhod. 3fs. Sant. citr. Flor. Ros. Da- masc. Rad. Ireos Florent. à 3ij. Rad. Angel. Hisp. Æiv. Mac. 3fs. Bals. Apoplect. 3fs. Ol. Garyoph. gut. vj. m. f. Pulv. crassus. Ad Spiritus recrean- dos; & ad Deliria.

Pulv. Odori Damasceni 1bij. 3v.

R. Rad. Irid. Florent. 1bij. Cal. arom. Cyperi à 3iv. Majoranæ 3j. Flor. Ros. Damasc. Nuc. Mosc. Garyoph. Styr. Calam. Benzo. Labd. à 3ij. m. f. Pulv.

Pulv. Panchymagogi 3ifs.

R. Crem. Tart. 3ij. Sennæ 3fs. Rhab. 3ij. Scam- mon. 3j. Maceris 3ij. f. omnium Pulv.

Hujus Pulveris ē Pharmac. Leovard. transcrip- ti Dosis sit à 3j. ad 3j.

Pulv. Pavonius.

R. Sterc. Pavon. gr. xv. Sal. Succini gr. v. Ol. Nuc. Mosc. gut. j. m. f. Pulv.

Specificē valet contra Vertiginem. Exhibe- tur vesperi & manè cum haustu Decocti Cepha- lici.

Pulv. Peatoralis 3ij.

R. Sulph. vivi, Rad. Irid. Florent. Glycyrrh. Sem. Anisi à gr. v. Sacch. candi 3j. m. f. Pulv. Vi- gibus certat cum Julapio Pectorali.

Pulv. Peptici ʒij.

R. Sem. Coriand. ʒis. Sem. Anisi, Fœnic dulc. à ʒiv. Nuc. Mosch. ʒis. Cinnam. Garyoph. à ʒj. Pip. longi ʒis. Sacch. albi ʒj. m. f. Pulv. pro 16. Dofibus.

Commodissimè usurpatur, quando post Pastus adfluerint ægritudo, nauæea, ructus, gravitas, tensio, inflatio Ventriculi; item Genarum suffusio, Segnities, Somnolentia, Capitis dolor, & cætera id genus Coctionis læsæ & male peractæ signa. Aromatica enim corrugunt Pituitam mucaginosam in Ventriculo; eamque Sale volatili oleoso (plus minus acri) incidunt, attenant, rugas Stomachi blandè detergunt; Caloremque nativum refuscent; quibus factis, sponte redit Appetitus, & Digestio. Sumendi modus mihi frequentissimus est, ut super panem iostum Vino madefactum infertur, & statim à Prandio & Cæna comedatur.

Pulv. Peptici Tartarifati ʒis.

R. Crem. Tart. 5ij. Sem. Anisi 5ij. Garyoph. ʒj. Sacch. Ros. ʒvj. m. f. Pulv. pro xij. Dofibus.

Pulv. Perlati ʒij.

R. Ocul. Cancr. ʒj. Coral. alb. Margarit. à ʒis. m. f. Pulv. super Porphyritim in subtilissimum pollinem lævigandus.

Usurpatur in Julapiis Perlatis.

Pulv. Pestilentialis.

R. Antimon. Diaphoret. gr. xv. Sal. C. C. gr. iiiij. Camph. gr. ij. m. f. Pulv.

Pulv. Pleuriticus.

R. Olib. ʒis. Ocul. Cancer. Fl. Sulph. à gr. v. m. f. Pul.

Pulv. Paeoniae Comp. 3j.

R. Cran. Hum. Rad. Paeon. mar. à gr. v. Cin-
nab. nativ. 3ss. Ol. Nuc. Mosc. gut. j.m.

E triplici Regno, scilicet Animali, Vegetabi-
li, & Minerali, coactus hic Pulvis, adversus
Puerorum Affectiones Convulsivos egregiam præ-
stat openi.

Pulv. Puerorum.

R. Ocul. Cancr. subtilissimè laevigat. Sacch.
candi albi, Calomel. à gr. v. Resinæ Jalap. gr. viij.
Ol. Anisi gut. j. Simul optimè conterantur.

Inter operandum, detur pulv. Ocul. Cancr. in
Juscule Avenacei, ad Tormina præcavenda.

Pulv. Puerperarum. 3ij.

R. Borac. Ven. Sperm. Ceti à 3ij. Myrrh. 3fs.
Croci 3fs. m. f. Pulv. pro iv. Dosibus.

Pulv. Rhabarb. Comp. 3j.

R. Rhabarb. Crem. Tart. Sem. Anisi, Gly-
cyrrh. à 3j. Sacch. candi albi 3fs. m.f. Pulv.

Ad Flatus Hypochondriacos. Detur 3j. bis
terve in die.

Pulv. Salini Majoris. 3jß.

R. Crem. Tart. 3ifs. Sal. Tart. Sal. Nitri. Sal-
Armon. crudi, Sal. Succini, Sal. C. C. à 3fs. Test.
Ovor. crud. & recens calcin. à 3ij. Ol. Nuc. Mosc.
gut. iv. m. f. Pulv. pro viij. xij. vel xvij. Dosibus.
Urinam potenter ciet.

Pulv. Salini Minoris. 3ij.

R. Sal. Absint. C. C. à 3j. Sal. Succini gr. xxxvj.
Camph. Croci à gr. xij. Öl. Nuc. Mosch. gut. iiij.
m. f. Pulv. pro xij. Dosibus.

Usui est in Febribus Malignis.

Pulv. Salivam movens.

R. Crystal. mineral. 3ij. Sal. Succini 3j. Sacch.
Cry-

Crystall. 3fs. m. & divide in partes æquales N°.
xxiv.

Teneantur in ore dum dissolvatur; deinde cum
Saliva expuatur.

Pulv. Sinapeos Comp. 3vj.

R. Sem. Sinap. Garyoph. à gr. xv. Nuc. Mosch.
5ij. Cinnam. Mac. à 3j. Herb. Major. Flor. Lavend.
Sem. Fœnic. dulc. à 3fs. m. f. Pulv. pro xij. Dosi-
bus.

Et Ventriculo & Capiti benè facit. Detur post
pastus è pane tosto vino.

Pulv. Splanchnici 9j.

R. Cort. Fraxini 9fs. Rhab. gr.v. Spica Nardi,
Croci à gr. ij. Pip. longi gr.j. m. f. Pulv.

Viscerum obſtructions amovet; Fermenta
depravata corrigit; Explosiones ſpasmodicas re-
primit; languidam cibi Appetentiam exſuficit;
Hypochondriorum dolorem & tensionem alle-
viat.

Quemadmodum Porrigo Lepra, &c. mineras
habent in Glandulis cutaneis; atque, licet ex-
ternæ ſint, & Remediorum applicationi ſat pa-
teant, nihilominus admodum ſunt pertinaces &
curatu difficultes; ita pariter existimare fas eſt;
Affectionem Hypochondriacam mineras habere
in Glandulis tum Ventriculi, tum interioris re-
cessus juxta Arteriarum fines; inibique (ob fer-
mentum aliquod vitiosum eruūtatum) Chilifi-
cationem depravare, & conturbationes ciēre At-
que deinde, cum interna fit Affectio, & imme-
diatarum applicationum omnino incapax, nil mi-
rum ſi pertinacissima ſit, & ferè immedicabilis.

Aſſumatur Dosis manę & quartā pomerid. quo-
tidie per aliquot ſeptimanias ex haufu Vini albi.

Pulv. Sternitatorius.

R. Rad. Irid. Florent. 9j. Helleb. albi 9fs. Ol.
Nuc.

Nuc. Mosc. gut. j. m. f. Pulv. Cui addi potest Vitriolum alb. ad gr. v.

Sternutatoria Cerebrum purgant irritando Spiritus nidulantes in Nervis, quorum extremitates Naribus Diffeminentur : Spiritus enim commoti spafinos & motus tumultuosos ineunt; atque ita humores viscosos, anteā impactos, ē locis suis excutiunt; & per Infundibulum & Glandulam Pituitariam, ē Cerebro in Venas eliminant. Pus verò & putrilago, quae ē Naribus per Sternutationem ejiciuntur, ē Glandulis tantum & vicinis partibus eliciuntur.

In Rheumaticis Oculorum Affectibus, sine multo rubore & dolore, non est cur Errhina prohibentur. Sternutatoria verò nisi patiens sit junior, Oculi firmi, malum adhuc recens, Defluvio mitis, & Inflammatio nulla, pessimè audiunt, & omnino vitanda sunt.

Sternutatoria fortiora manifestè Aures laedunt. Wedel. de Medic. fac. p. 88.

Pulv. Stomachici. Əvijj.

R. Rad. Angel. Hisp. Herb. Ment. Cinnam. ʒij. Mac. gr. xij. Fl. Balaust. Piper. longi ʒ gr. iv. Ol. Absint. gut. j. Sacch. albi əiv. m. f. Pulv. pro 4. Dosibus.

Calefacit, confortat, corroborat, &c. instar Elect. Stomachici.

Pulv. Stomachicus Amarus.

R. Rad. Serp. Virgin. Zedoar. Gent. Enulae ʒ gr. v. Ol. Nuc. Mosch. gut. j. m. f. Pulv.

Calefacit, roborat, detergit: & egregium juvamen afferre solet, quando propter affiduas compositiones, fibrae stomachi nimium dilute debilitantur; & villæ ejus putrilagine viscosâ illitæ aggravantur; exindeque cibi fastidium, & vomi-

missiones matutinæ suboriantur. Detur manè quotidie cum haustu Decocti Amari.

Pulv. ad Strumas.

R. Sem. Erucæ, Ossum Gallinæ in cibano fiscat. à q. v. m. f. Pulv.

Empiricum hoc remedium nunquam ipse quidem præscripsi; sed quia quandam novi, cui certissimè multum opis attulit, aliis non suadere, sed communicare volui. Sumpsit illa quantum è cuspidi cultelli capi potest, bis, in die, per longum tempus.

Ettmullerus præcipit Medicamenta contra Strumas exhiberi præcipue circa Lunæ decrementa.

1. Pulv. Styptici ʒfs.

R. Troch. de Terra Lemn. Boli à ʒj. Lap. Hæmatit. Sang. Drac. Mastich. Gum. Arab. à ʒfs. m. f. Pulv. Ad internas Hæmorrhagias.

2. Pul. Styptici ʒfs.

R. Croci Mart. Astring. Sem. Papav. albi, Hyoscy. à ʒj. & gr. xii. Sacch. Saturni gr. xxiv. m. f. Pulv. pro viij. Dolibus.

Pulv. Contra Syncopen.

R. Spec. Pleres-Archontic. ʒij. Sacch. Perl. ʒj. m. f. pulv.

Pulv. Tartari Comp.

R. Crem. Tart. ʒv. Flor. Balaust. ʒj. Sp. Vitrioli gut. vij. m. f. Pulv.

Biliofus humores in Ventriculum suffusos corrigit; Acidum naturale restituit; & tonum laxatum firmat: atque ideo probati usus est quando colluvies americans Nauseam, Inappetentiam, Bradypepliam, Vomitum, aut Diarrhoeam intulit.

Riverius (capite de Concoctione læsa) fin-

gu-

gularēm refert historiam de se ipso, quod Alvi fluxum per 4 menses paſſus, tandem intra paucos dies uſu Aceti integrē liberatus erat. Ille quidem Pituitam & Melancholiam cauſatur, deceptus (uti opinor) à Dejectionibus, quaē (ob humorum acredinem, ramenta Intestinorum abradentem) pituitosā specie spectabantur; cūm re verā ad Bilem acerrimam, copiosius ſuffuſam, totum malum fuit rectius referendum.

Pulv. è duplići Tartaro 3ij.

R. Crem. Tart. 3ij. Sal. Tart. 3j. Ol. Junip. gut. iij. Sacch. alb. 3j. m. f. Pulv. pro iij. Dofibus.

Ad Febres intermittentes proſligandas & ad Urinam ciendam.

Pulv. Theriacalis 3v.

R. Rad. Tormentil. 3ij. Angel. Hisp. Contray. Serp. Virgin. Zedoar. Spicæ Nardi, Croci, & 3j. Mac. 3fs. Camph. Opii & gr. xv. m. f. Pulv.

Per Malignitatem (inquit Etmullerus) nil aliud concipere poſſumus, quām ſummam Acrimoniam, etiam in minimis interdūm efficaciflammam; Nervosis partibus ſenſilifflimmam, & ſummam praeternaturalem impressionem; Humoribus verò in singulari texture ſua Mutationem Pudredinalem inferentem. De Alexipharmacorum Operandi ratione vide Dec. Sacrum.

Vires æmulatur Theriacæ, 3j. continent Opii gr. j.

Pulv. Tilingii 3vij.

R. Crystal. Tart. Lap. Percar. Ocul. Cancr. & 3j. Sal. Succini 3fs. Sacch. albi 3iijs. m. f. Pulv. addendo Ol. Anisi gut. v.

Pulvis hic (ut loquitur Tillingius) Nephriticos oculariter juvat; Tartarum enim, & Lapidem Renum & Vesicæ, cæterorumque membro-

brorum, frangit, & mirabiliter expellit.

Dos. à 3fs. ad 3j.

Pulv. Viperarum Comp. 3j.

R. Trochisc. Viperar.gr.xv Salis Succini gr. iiiij. Croci gr. iiij. m.f. Pulv.

Arcanum magnum habetur adversus Icterum.

Pulv. Uvularis 3fs.

R. Terr. Japon. Flor. Balaust. à 3fs. Alum. Pip. longi à gr. v.f. Pulv.

Vide Gargar. pro Uvula. Modus usurpandi est, ut Lingua speculo oris depresso, Pulvis, (ope fistulæ) insuffletur Uvula; & operatio pro re nata repetatur.

Rob Acacie.

R. Fruct. Prunellorum sylvestrium nondum perfectè maturorum, q.v. Macerentur in aqua ad mollitiem: trahicatur pulpa per cribrum; factaque superfluae humiditatis evaporatione, additoque Sacchari medio pondere; coq. in consistentiam debitam.

Inter potentissima Astringentia locum (non infimum) tenere, jure meritò debet.

Sacchari Nitrati 3iv.

R. Sal. Prunel. 3j. Sacch. alb. 3iiij. m.f. Pulv.

Saccharum Perlatum nostrum.

R. Sacch. candi albi 3iiij. Margar. præp. 3j. m. f. Pulv.

Hujus usus est ad Julapia perlata minimopere paranda ad hunc modum; R. Aq. quarumvis 3xij Sacch. Perl. noſt. 3fs. m.

Saccharum Antiscorbuticum.

R. Succi Cochlear. expressi q. f. Servetur in vase clauso ad fecesum faecum: hic Succus imbuitur Saccharo super lapidem marmoreum posito;